



Geldorpus Gortziq; pictor Colon. figuravit

1.

Cristiano Passius aelator excudit Coloniae

Matthaeus qui et Levi, ex publicano. Apostolus, primus in Iudaea propter eos qui ex Circumcisione crediderant, Euangelium Christi Hebraicis literis verbisq; composuit. quod quis postea in Graecum transferret, non satis certum est. Porro ipsum Hebraicum habetur usque hodie in Caesariensi bibliotheca, quam Pamphilus, martyr, studiosissime confecit. in quo animaduertendum, quod ubicunque Euangelista, siue ex persona sua siue ex persona Domini Saluatoris ve teris Scripturae testimonis utitur, non sequatur septuaginta translatorum auctoritatem, sed Hebraicam. vide Hieron. in Catal. scr. ec.

